

RES BENE CEDAT!
 V I R O
 PER-REVERENDO ET CLARISSIMO
 DN. M. THOMÆ
 STEGERO,
 SYMMYSTÆ AD D. THOMÆ
 VIGILANTISS.

ET VIRGINI

Tam Generis splendore, quàm corporis & animi dotibus

FLORENTISSIMÆ

JOHANNÆ MAGDA-
 LENÆ,

AMPLISSIMI, CONSULTISSIMIq; VIRI

CASPARIS MICHAELIS WELSCHII, J^Cti,
 Supremæ Provinciarum Curix, & Juridicæ Facul-
 tatis h. l. Gravisimi.

pia memoria,

RELICTÆ FILIÆ,

FELICIBUS SPONSIS,

XVII. KAL. DECEMBR.

ANNO ÆR. CHR. M. DC. LVIII.

Sincerè & Amicè

Gratulab. applaudit

M A J U S
 COLLEGIUM CONCIONATORIUM
 IN ILLUSTRIPHILUREA.



L I P S I Æ,
 LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.



FELICITER!

DRogenies genuina Dei, Sanctissima Virgo,
Eusebie, si nostra valent Te flectere Vota,
Exue Te tenebris & pullæ Syndonis umbrâ,
Quæ radios jam, Diva, tuos sub fronte re-
condit.
Scilicet hæc Te festa dies, Te, tota requiret,
Et castas duplicare faces tua lumina cernet.

Hactenus illa tuæ violacea purpura mitræ
In lacrymas demersa fuit, luctuque frequenti
Perturbata nimis, justo se solvere plausu
Noluit, in singultus & tremulam integra vocem,
Transformata Sion, quæ tanto digna dolore
Vix lamenta putat, nisi luctum tota referre
Et luctus fieri ipsa velit, quò funus honoret.

Nec frustra dolet Eusebie, quæ certa futuri
Terna recordatur triplicato fata dolore,
Quæ Tiliæ suprema Sacræ jam culmina cædunt.
LANGIADÆ pietas, CARPZOVIUS ardor, & ille
Candor TELLERI, Germani proprius Orbis,
Virtutum Sacro-Sancta Trias, jam reddita cælo
Tanta, scio, & tam crebra Deæ suspiria poscit.
Scilicet iste dolor non causâ forte minori
Ortus, in exsuccam lacrymas demergit arenam,
Qui longos ad justa dies solvenda requirit.
Hic tamen, hic remove tristes è pectore motus,
Et vultu testare tuo, quàm prompta STEGERI
Limina, quàm læta hæc Hymenæi sacra frequentes.
Namque Tuum est, deflere Tuos, & solvere justa,
Eusebie, sed justa simul Tibi gaudia Natis
Indulgere licet, quæ gratô sine laborem.

Ex.

Excipiant, Sponſosq; ſacrâ ſub fronde coronent.
 Eſt dolor, eſt aliquid fateor, qvem mente volutas;
 Sed qvem caſtus amor, qvem Sanctæ jubila mentis
 Non ullâ jam labe notant, aut crimine lædunt.
 Tota fugit fugitiva dies, ſi lumine cœlum
 Phœbus deſtituat, qvam claro lumine reddit,
 Et reddit qvocunqve die; ſic, Diva, dolorem
 Sic tenebras moderare novas, & lucida fulge,
 Cum lucem ſimul ipſe tuam Lux iſta Sionis
 Et Philyræ lux clara ſuæ **STEGERUS** honoret.
 Sic Mater Sacro-Sancta præi, nos illa ſeqvemur.
 Ordine, qvæ Genetrix nobis veſtigia ſignas.
 Novimus hic animi depromere debita noſtri,
 Et ſtudiis ſe qvisq; ſuis, me Vate, probabit.
 Omnibus hic primùm juncta eſt Concordia, qvæ nos
 Corpore majori florentia membra maritat.
 Virtus illa prior noſtram conſveta Coronam
 Ducere, mille Tibi felicia Numina tradit,
 Qvæ potes hæc fociâ ſociali jungere lecto.
 Atq; Hanc, **SPONSE**, Tibi totus jam conſecrat Ordo.
 Qvilibet indè ſuam ſubjunget in Ordine Divam,
 Qvæ Thalamum jam fauſta novum conſcendere poſſit.
 Illi Juno placet, Fortunam docta tueri,
 Atqve augere potens, licito qvæ creſcit in uſu,
 Et propriæ damnosa rei discrimina tollit.
 Ducitur Hinc Hygiæa comes, qvam tradere tentat,
 Vincere qvæ morbos didicit, vitamq; fovere.
 Hæc **STEGERE** Tibi, nobis Autoribus, adſunt
 Numina, qvæ fauſto ſocialia vincula nexu
 In multos duranda dies conſtringere norunt.
 An majus, **STEGERE** petis? Qvi Numine ficto
 Conjugibus non ficta novis jam Vota litârunt,
 Omnia, qvæ poſſunt, ſterili ſub Carmine tradunt.
 Nos tamen hic, qvæ forte placent, nova dona Poetæ
 Numina plura tuis volumus junxiſſe Choreis,

Qvæ

59

Quæ saliente Joco, quæ lusibus agmina claudant.
Primus adest, qui prima fovet fomenta, Cupido
Et castâ vibrare manu sua spicula pergit,
Quem proluxa Cohors teneræ præit usq; Juventæ,
Nata jocos, lusuq; potens & amoribus apta.
Non procul hinc se sistit Hymen, qui tempora Myrto
Cinctus, in extensa flammâ ostendere dextrâ
Suscipit, & binos præluceat amantibus Ignes.
Hic præit, atq; domum sacer ille Thalassio totam
Personat, & voces sine murmure duplicat ipsas.
Hoc, STEGERE, Tui cantu celebrantur amores,
Qui docet amplexus nova vincla reciproca casti,
Et Sponsam nupsisse monet, duxisse maritum,
Aut quocunq; minas velit inflammare jugales.
Nec frustra Te, SPONSE, monet, nec Sponsa moneri
Frustrâ se patitur, quum Pronuba jussa secutos
Viva scio, nobis simul argumenta probabunt.
Sed scio, quâ Vati datur hæc cognoscere causâ,
Ne fallar, STEGERE Tuum est, impendere vires.



RES BENE CEDAT!

V I R O

PER-REVERENDO

DN. M. T

S T E G

SYMMYSTÆ A

VIGILA

ET VIR

Tàm Generis splendore, quâ

FLOREN

JOHANNÆ

LEY

AMPLISSIMI, CON

CASPARIS MICHAEL

Supremæ Provinciarum

tatis h. l. C

piam

RELICTA

FELICIBUS

XVII. KAL.

ANNO ÆR. CHR. 1

Sincerè

Gratulab.

M A

COLLEGIUM COM

IN ILLUSTR



L I P

LITERIS CHRIST



Æ

Cti,